UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Divvm Hiob Brevissima, Iohannis Bvgenhagij Pomerani Scholia, quibus ueteris tralationis nubila dispelluntur

Bugenhagen, Johannes

Argentorati

VD16 B 9326

Capvt XVI. Respondens aute[m] Hiob dixit audi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36500

Visual Library

ſibi in futurũ pollicetur. Antequã dies eius implean-tur.i.perit ante tẽpus. Et manus eius areſcent.i.opa eius pibũt. Botrus.i.fructus. Quaſi oliua,ſ.læſa à tẽpeſtate. Cõgregatio hypo i.qcqd habet hypocrita Sterilis) ſine fructu,uana. Ignis,ſ.hoſtiũ. Qui mu nera libẽ.acc.ſ.cõtra inſtiaã. Lege.1.Reg.2.de duob. filijs Heli. Cõcepit dolorẽ,ſ.intus. Peperit iniqtatẽ id eſt,executus eſt ope. Vterus.i.carnalis eius ſapiẽtia. Præparat dolos) ut iterũ pariat iniquitatem.

CAPVT XVI.

Reſpondens autẽ Hiob dixit.audi. Ipſa copia in hoc lib.ſeſe exponit. Verba uẽtoſa) uana. Si loquaris,ſ.talia. Atq; utinã eſſet aĩa ueſtra) utinã uos eſſetis ubi ego ſum. Mouerem caput.i.indi-gnarer & ſubſannarẽ. Roborarẽ uos ore meo ſ.ſi-cut uos nũc me. Rugæ meæ teſtimoniũ dicunt cõtra me.i.oſtendũt dolorẽ meum. Suſcitatur,ſ.à diabolo. Et iſte dolor grauior fuit Hiob q̃ uulnus corporale.

Collegit,ſ.aduerſarius.Cõminans) indignãs. Ape ruerũt,ſ.aduerſarij,locuti ſunt cõtra me. Percuſſe-runt maxillã.i.ignominiã in faciẽ intulerũt.2.Cor.11. Si qs uos cædit in faciẽ etc. Satiati) delectati. Cõclu ſit me deus) ne poſſim aufugere. Apd' iniq.tradidit me n manus iniq. Tenuit,ſ.deus. Ceruicẽ) ſicut homo qui cõprehẽditur. Quaſi in ſignũ) ad qd' ſagittatur

Circundedit me lanceis ſuis) Vel telis, eadem ſenten tia. Conuulnerauit lumbos, id eſt, carnē meam. Adhuc idem. Viſcera) carnē. Vulnere ſuper uulnus, id eſt, uulnus uulneri addidit. Saccum conſui ſuper cutem meam, id eſt, ſacco indutus ſum. Et operui cinere carnem, id eſt, cinere aſperſus ſum. Absq; iniquitate manus meæ, id eſt, cum nihil mihi eſſem conſcius. Quū haberem mundas preces, id eſt, obſecrare ſolebam deū absq; iniquitate. Hæc paſſus ſum absq; iniquitate. Ex hebræo. Quum nulla ſit iniquitas in manibus meis, uerū & actus meus purus. Terra ne operias, id eſt, ne prohibe ut clamet ſanguis meus ad deum, quemadmodū ſanguis Abel. Sanguinem) dolorē meum, extinctionē uitæ meæ. Neq; inueniat in te locū, id eſt, ut innoteſcat clamor meus in conſpectu dei. In cœlo teſtis meus, ſ. deus. Et conſcius meus) qui ſcit mea. Stillat, id eſt, flet. Vir, ſ. aliquis. Quomodo) quemadmodū. Filius hominis, id eſt, homo. Breues anni, ſ. mei. Semitam, ſ. mortis.

CAPVT XVII.

Spiritus meus attenuabitur. dies mei.

Spiritus meus atte. i. uita perit. Non peccaui, id eſt, non ſum mihi conſcius. Cuius uis) uel homīs, uel creaturæ. Pone me iuxta te. i. pone me ad te. Cor eorum, ſ. aduerſariorū. A diſciplina) à ſapientia tua.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN